



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

Reflexio VI. Argvmentvm Historicvm II. Ex Hübnero Pro Primatu Rom.  
Pontificis, Est Nymervs Episcoporvm Divorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)

His sanè simillima continent plura tomuli Hübneriani, ex quibus juvat colligere, Pontifici Romano in Episcopos jam assertam fuisse potestatem Seculo post Christi natales I. II. III. IV. V. VI. atque adeò ante Imperium Phocæ tyranni, qui cœpit imperare an. 602. de quo vid. Seriem Rom. Pont. & Imperat. Liqueat igitur, Hübnerum in libellis suis sibimet totum contrarium nunc adimere, nunc concedere Pontifici Primatum in Ecclesiæ à Romana distinctas.

Cæterùm D. Petri & Successorum Pontificum in quosvis Episcopos Orthodoxos Primatum ut amplius perspiciant universi, huc annexere placet Catalogum Episcopatum multorum, quorum D. Petrus teste Historia Ecclesiastica author jam extitit. C. Baronius ad annum Christi 46. hunc in modum recenset:

Habuit à Petro institutos Episcopos Sicilia Pancratium, Marcianum, Berillum & Philippum; Capua Priscum; Neapolis Asprem; Terracina Epaphroditum; Aequicola Marcum, alium tamen ab Evangelista; Ptolomaum Nepe; Romulum Fesulæ; Paulinum Luca; Ravenna Apollinarem; Verona Euprepium; Patavium Prosdocimum; Ticenum Syrum; Aquileia post Marcum Hermagoram; in Galliis Lemovicenses, Tholosani & Burdigalenses Martiale; Tungrenses, Colonienses & Trevirenses Maternum, nec non Valerianum; Rhemenses Sixtum; Arelatenses Trophixum; Senonenses Subinianum; Cenomanenses Iulianum; Vieuna & Moguntia Crescentem; Catalunum Gallæ Memmum; Bituricenses Ursinum; Avernenses Aufremontum; Sandonenses Europium; Germania Eucharium, Egistum & Martianum; Hispania Torquatum, Itesiphontem, Secundum, Indaletum, Cæcilium, Hesichium, Euphratium & alios.

## REFLEXIO VI.

### ARGUMENTVM HISTORICVM II. EX HÜB- NERO PRO PRIMATU ROM. PONTIFICIS, EST NVMERVS EPISCOPORVM DIVORUM.

**F**undamentum seu Petram Ecclesiæ Germanicæ ob oculos posuerunt nobis superiùs dicta; nunc quales quantæque colum-

columnæ huic Petræ variis sint innixæ Seculis , amplius considerabimus , Hübnero , ut ita agamus , nos contra se propemodum invitante: quippe si tomulos ejusdem Scriptoris VII. & VIII. de Archiepiscopis & Episcopis Germanicis inscriptum denuo ritè inspicimus, occurunt nobis Antistites numero plurimi , doctrinâ præstantissimi , virtutibus instructissimi , sanctitate morum plurimum conspicui , miraculis clarissimi.

In Serie namque Archipræsum Moguntinorum numerat ipse Hübner Antistites Sanctorum nomine & radiis insignitos plures quam 20. nimirum

SECULO I.	D. Rutherum.
D. Crescentem.	D. Avitum.
SECULO II.	D. Ignatium.
D. Martinum I.	D. Dionysium.
D. Crescentium.	SECULO IV.
D. Cyriacum.	D. Ruthbertum.
D. Hilarium.	D. Adelardum.
D. Martinum II.	D. Lucium Annæum.
D. Celsum.	D. Maximum.
D. Lucium.	SECULO V.
SECULO III.	D. Aureum.
D. Gothardum.	SECULO. VIII.
D. Sophronium.	D. Bonifacium.
D. Herigerum.	

NB. Oportuisset Hübnerum non paucos alios in Divorum numerum relatos addere , uti ex Serie Moguntina appareat.

In Serie Archiepiscoporum Trevirensium numerat Hübnerus 8. nimirum

## SECULO I.

S. Eucharium.

S. Valerium.

S. Maternum.

## SECULO II.

S. Auspícum.

## SECULO IV.

S. Agritium.

S. Maximinum.

S. Paulinum.

## SECULO V.

S. Leontium.

NB. Decuisset profectò facile XV. alios adjungere teste Archipræfulum Trevirensium Serie ab Authoribus nostris superiùs relata.

In Serie Archiepiscoporum Coloniensium afferit Hübnerus, solum duos à D. Materno diversos, scilicet S. Paulinum Seculi II. & D. Heribertum Seculi X. Archiepiscopum. At enim vero iniquissimus est Coloniensium Archipræfulum censor Hübnerus, omittens multos Sanctitatis glorioso nomine ab universa Ecclesia constanter insignitos, *Vid. Sériem nostram.*

In Serie Salisburgensium Archiepiscoporum refert tantum s. nempe D. Quirinum Seculo IV. D. Rupertum Secul. VII. eod. Secul. D. Vitalem. Secul VIII. D. Virgilium Secul. XI. D. Thieimonem. Sed & in Salisburgenses nimium iniquus est Scriptor Hübnerus, quod in Divorum album plures non numeret. *Vide Historiam Salisburgensem utriusque P. Mezger.*

In Serie Vifuntina enumerat 20. videlicet.

## SECULO I.

D. Linum.

## SECULO III.

D. Maximinum.

## SECUL. IV.

D. Paulinum.

D. Euſebium.

D. Hilarium.

D.

D. Pancratium.	SECULO VII.
D. Iustum.	D. Donatum.
D. Anianum.	D. Migetium.
D. Germanum.	D. Ternatium.
D. Antidium.	D. Gervasium.
SECULO V. & VI.	SECULO VIII.
D. Leontium.	D. Gedeonem.
D. Celidonium.	SECULO XI.
D. Nicetium.	D. Hugonem.
D. Protadium.	S. Ottonem natum Comitem
In Serie Bambergensi 1. scil. Andecensem.	SS. Burchardum, Arnonem & Brunonem.
In Serie Herbipolensi 3.	S. Wilibaldum.
In Serie Eustadiana 1.	SS. Amandum II. & Burchardū.
In Serie Wormatiensi 2.	SS. Amandum, Arbogastum, Valentum, Solarium.
In Serie Argentoratensi 7.	SS. Zosimum, Simpertum &
Florentium, Justum, Maximum,	S. Beatum, Paternum, Ma- cum Conrado.
In Serie Augustana 3.	S. Asimonem.
Udalricum.	SS. Bernvvardum & Gothardū.
In Serie Constantiensi 5.	SS. Suibertum, Pattonem, Tan-
ximum I. & Maximum II.	S. Clementem.
In Serie Curiensi 1.	SS. Maternum, Servatium &
In Serie Hildesiensi 2.	S. Corbinianum.
In Serie Verdensi 4.	D d 3 In
conem & Adelvvardum.	
In Serie Metensi. 1.	
In Serie Leodiensi. 3.	
Lambertum.	
In Serie Frisingensi 1.	

In Serie Ratisbonensi 6. SS. Lupum, Rupertum, Emmeramum, Erhardum, Garibaldum & Wolfgangum.

In Serie Brixinensi 4. SS. Cassianum, Ingevinum, Constantium, Albuinum.

In Serie Tridentina 1. S. Vigilium.

In Serie Basileensi 1. S. Pantalum.

En copiosum Archiepiscoporum & Episcoporum, natione vel habitatione Germanorum duntaxat numerum, non ex Historico Romano, sed Heterodoxo collectum, cui multos alios annumerant C. Baronius, Serarius, Broverus aliisque Authores Catholici, præcipuè verò singularum Diœcesium Breviaria propria. Fingamus tamen, tot solùm virtutum lucidissimarum radiis fulsisse, quot numeravit Hübnerus, evincunt idem nihilominus contra Lutheranam aliámque à Romana diversam Ecclesiam quamvis, non nisi Romanam esse Superis pretiosissimam: Episcopi namque hi sanctissimi non nisi Romano Pontifici dixerunt sacramentum; non nisi Romanam didicerunt & docuerunt doctrinam; non nisi in Romana Ecclesia virtutibus se & alios exornârunt; non nisi in Romanæ Ecclesiæ, veluti in matris gremio universi ac singuli diem mortis obierunt, plurimis eorundem Martyrum laureolâ coronatis.

## REFLEXIO VII.

ARGVMENTVM HISTORICVM III. EX HÜBNERO PRO PRIMATU ROM. PONT. SUNT  
MULTIPLICIA EPISCOPORUM MIRACULA,

§. I.

**C**ùm providentissimus Servator Christus & hæresiarchas & sectarios venturos prævideret, multis modis vita-re eos nos monuit, & cognoscendos dedit Matth. 7.

Att-